Pro Quodlibetaria

Quaestio medica disputanda In scholis medicorum die martis 15.a mensis nouembris, Domino Francisco Brigard Doctore M. disceptatore sapientissimo.

An facultates sint In Partibus solidis, an Spiritibus?

Forma partium corporis specifica, seu facultates, aut proprietates substantiae (quam qualitatibus, et ab utrisque principiis, et temperamentum a secundis tantum ortam credimus) actionum causa est efficiens: non temperies qualitatum: multo minus calor natiuus: et si eius affectus sunt vigor, torpor, et reliqui ab intemperie.

Quo sit ut cerebrum spiritus animalis, naturali facultate sit opifex: ex materia praeparata In corde: temperie frigida: sed ad actiones idonea: vires frigido hebetes magis laedantur; quam affectibus calidis: a quibus utrumque delirium oritur, grauius quam quod fluxum sanguinis sequitur, nisi cum eo adsit conuulsio.

Cor naturali et sua vi se mouens, ad iustitiam temperatum (qua sola temperies subsistit) calore natiuo, qui ab elemento eius est, vitam tuetur: cuius inconstantiam non mole sed qualitate febris facit quae cordis solius affectus est, et utraque syncope: a quibus valde laeditur: et a venenata qualitate opprimitur, praecipue calida: quae In [struck through] Ipsum agit, non tacta, sed se Infundens: et medicamenta, quae qualitate potius quam substantia corpora persuadent.

Ergo spiritus vitalis cordis, a quo gignitur, minus calidus, vehiculum caloris, qui nostram substantiam depascitur, actiuus In suis commoditate materiae potius quam vel quo sit et minime omnium Indiam seruant, quae omni aetati Incommoda est) assidue mutatur: tamen quamdiu floret aetas, non fit debilior.

Jecur sanguinis solum effectiuum, vim suam solis venis communicat, quae alibi sanguinem non gignerent, naturali facultate: cuius sedes nulla propria est neque generationis aut nutritionis (In qua ex hepatis potius quam ventriculi vitio euchymia, et ~~cacho~~ cacochymia fiunt) tam praecedit attractio (quae villorum constitutioni non fit) partium omnium, ac ventriculi nutriendi causas venas uno sinu, quod afficit, contactu fruitur: quod ad totum, non a toto fluens, vestium facultate fit secundum. Sanguis vero et quocumque alimento calidus, nusquam, et non reliqui humores, simplex: nec si sit, nutritioni aptus, aut salubris, tamen animalibus non sedat: [struck through] quae oris ventriculi symptoma est, non a mala causa, ut fastidium, fodinis magis quam viris familiare; partis vero sic ut reliqua naturae opera, facultatem Indicat.

Sunt Igitur facultates In partibus solidis.

Guillelmus Guerente Rothomagensis. 1552.